Michael Triumphans
cujus Veſtigia Secutus.
SANCTUS FRANCISCUS
Doctor Seraphicus.
de Diabolo, Mundo, Carne;
glorioſiſſimè Triumphavit
quos.
Ad modum Reverendo Prænobili Ampliſſimo Religio-ſiſſimo ac Doctiſſimo Dn.
Dn. FRANCISCO
C A R L
ab Hochenbalggen.
Sac: & candidiſſimi Ordinis Præmonſtrat:
Celeberrimæ Eccleſiæ Pernecen: Canonico; nec non Regiæ Liberæq; Civitatis Leutſchov. Parocho Primario, Vulgò Haupt-Pfarherr / Dn. Fautori, ac Patrono ſuo gratioſiſſimo. Ipſo die S. Francisci: In ſpem firmam. Glorioſi Triumphi, de omnib' adverſitatibus, ſimul ac, debitæ obſervantiæ ſuæ, documentum. Inter choros Muſarum congratulantium conſecrare ac præſentare voluit.

MATTÆUS BALASSI.
ejuſdem Regiæ ac Lib: Civit. Leutſchov. Rector, & Tribunus Plebis.

Inductio Prima.

Nuncius Draconis, bellum horrendum nunciat Omnibus Terrigenis; quem Michaël Archangelus, prældium Belli facientem, profligat.

Inductio Secunda.

Draco perſequitur Eccleſiam, quam ſolatur ac defendit, Michaël Archangelus.

Inductio Tertia.

Michael Archangelus, committit prælium cum Dracone, eumq; vincit, ac cum omnibus ſuis aſſeclis de Cœlo dejicit, & in Barathrum præcipitat.

Inductio Quarta.

Chorus Angelorum, Triumphum Cœleſtem, decantando; Excitat Muſas Helyconis Leutſchovienſis, ad celebrandam Solennitatem S. Franciſci, Muſæ feſtivitatem S. Fr. Doctoris Seraphici, recolentes; Concelebrant Diem Natalitium ſui Mecœnatis.

Nominis

" Régi nyomtatványok, Löcse, evang.:"
/314.ig.j./

2

Ἀνάλυσις, Nominis Franciſci, ex Lingva Hæbraica, PHara ideſt, Fructum Fecit, inde græcum ἀυφραίνειν id eſt, Exhilarare Fructibus Cis, i. e. Flos Cus, ſignificat Ardorem.

FRANCISCUS.

Ἀνάγραμμ:

1. Facis curas, (*κ. mut: in α.*)

2. Curas, facis;

O Nimium dilecte Deo Franciſce! reſulta!
Qui pius, inviſas, potis es, propellere, curas.
Ex hilarans animas, dulci modulamine, Verbi
Divini; quod Pectoribus, fert gaudia, mœſtis.
Flores Angelicos, tu Flos ſvaviſſime, ſpargis,
Ædibus in Sanctis, quando, Sacra Dogmata, dicis,
Dicis, & ardenti Zelo, pia pectora mulces.
Tu facis intrepidè, (nec curas verba malorum)
Quæ facienda, pio Paſtori, Paſtor olympi.
Mandavit; Duce te, vanas deponere curas.
Diſcunt Mortales, pia, dum tua Dogmata, diſcunt.
Tu facis ipſe tibi curas, Salutaribus auſis.
Pervigil ac Solers, dum curas, Paſtor, Ovile

Tu

" Régi nyomtatványok, Löcse, evang. :"
/314. ig. j./

Tu curas, Laudes, ut creſcant, Aſtripotentis.
Curas, Alma Dei Genitrix celebretur, ut æqvum
Tu curas, celſo pro Cæſare, fundere Vota. (eſt.
Ut ſummus Cæſar Leopoldus, in orbe Triumphet!

Ergo, Vive diu, felix Franciſce! quotannis
Franciſcus redeat tibi, ſemper, ſydere Fauſto.
Pro curis tantis, reddat tibi mille Coronas.
Curia Cœlorum, æternum Franciſce Triumpha!

" Régi nyomtatványok, Lőcse, evang. "
/314.18.J./

4

PA
N
Pa
Sereni
DN. F
Marchionis B
Camerarii &
Domin
An
Ut Domini No
ſummopere co
excitent, ac
mo PR
per
GEO
Ap. Furſtenw
****
FRANC
Impreſſum in Off